

constitutis, specialiter tamen vt, dum ipsam mori contingat, dummodo nominatim et personaliter excommunicata non fuerit aut publica vsuraria non exstiterit, quod virtute huiusmodi confraternitatis prout in literis apostolicis super hoc confectis plenius continetur in loco interdicto ecclesiastica sepultura non negetur eidem. In omnium premissorum euidentiam sigillum ordinis predicti hiis presentibus duxi appendendum. Datum anno Domini m^ocd^oiiij, xix die mensis Aprilis.

317. 1403 d. 20 April. Marieborg.

Karl Störkarsson gifver Birger Trolle m. fl. urfejdabref.

L. Sparres afskriftsband J. 6 i Sv. Riksark., fol. 277 v.

Jak Karl Störkarsson kænnes oppinbarlika medh thesso mino nærwarandes öppno breffue, swa føre effterkommandom som them nu æra, thet ærlike män Byrger Trolle, Bencht Arffwidsson, Matthis Erichsson, Karl Sture, Bencht Pijpa ok alle the medher them waro i min gardh, hafua mik fult ok lijka giort swa thet mik wæll atnøger, føre the woldgestning ok vfok mik af them timdhe hemma i min gardh. Ty later iak them ok thera arffwa ok alla them ther medh waro quitta, leduga ok løsa føre mik ok minom arffwom, swa at the skulu aldrig inga tilltallan eller nødh lijdhæ om the føreskreffna woldgæstning aff mik eller minom arffwom eller nakrom a wara wæгна. Thetta loffwar iak Karl Störkarsson ok iak herra Gøstaff Leeksson ok wij Brwd Kørning ok Nisse Eeld stadugt ok obrutlikit att haldhes, wider wara sanning ok godha troo, wthan alla argalist ok all hielparædhe. Till mere stadfæstelse ok høgre förwaring later iak Karl mit insigle witterliga hængias føre thetta breff ok iak Gøstaff Leeksson riddare och wy Brwdh Kørning och Nisse Eeldh, ok bedhes iak Karl ærlika manna insigle till witesbyrdh som æra Steen Benchtssons och herra Laurens Vlffssons riddara, som ther a oc øffuer waro, att thetta swa dagtingat och stadgat war oss emellan. Actum et datum Marienborg, anno Domini mcd tercio, feria sexta proxima ante dominicam quasimodogeniti, in testimonium premissorum.

Sigillen N. 1, 3, 4 och 6 ej afritade; N. 2. Fyrdelad sköld under hjelm, omskriften saknas; N. 5. Se N. 23.

318. 1403 d. 20 April.

Notarius publicus Johannes lemnar intyg om kyrkoföreståndaren Johannis appellation till påfven angående det kyrkorån en viss Nicholas begått.

Fragment af en papperscodex, funna bland Messenii »Schedæ», i K. Bibl. i Stockholm.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis Eiusdem millesimo quadringentesimo tertio, indicione vndecima, die vicesima mensis Aprilis, hora terciarum uel quasi, in ecclesia pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia pape noni anno quartodecimo, in mei notarü publici testiumque infrascriptorum presencia constitutus personaliter religio-

sus et *circumspectus vir dominus Jo[hannes] procurator et procuratoris nomine religiosorum et honorabilium virorum dominorum ... talis ecclesie prout de mandato suo sufficienti ibidem producto constabat euidenter, quandam papiri cedulam, appellacionem infrascriptam continentem et per me lectam in medium exhibuit et produxit, verborum huiusmodi sub tenore: In nomine Domini amen. Cum appellacionis remedium in oppressorum subsidium dinoscitur institutum, hinc est quod coram te Jo[hanne] notario publico tamquam publica et autentica persona et fidedignis testibus hic presentibus, ego Jo[hannes], procurator et procuratoris nomine honorabilium et religiosorum virorum dominorum talis ecclesie animo appellandi, prouocandi, huiusmodi causam ad romanam curiam legitime deuoluendi ac infrascripta faciendi, dico et propono quod licet parrochialis ecclesia beate Marie virginis in oppido .. tali ... diocesis ... cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ad prefatos dominos ... per ipsius canonicam incorporacionem et vnionem eisdem dominis et eorum ecclesie de ea tam apostolica quam ordinaria auctoritate iuxta ordinacionem quandam sui patroni laici rite et legitime factam, et alias iusto titulo et iure, non paucis annis et temporibus pertinuerit et spectauerit pertinere et spectare consueuerit, pertinet atque spectat, pleno iure, prefati domini et ego nomine et pro parte eorundem tamquam huiusmodi parrochialis ecclesie legitimus, verus et indubitatus vicarius, rector et gubernator eandem ecclesiam per triennium et vltra cum integrali omnium emolimentorum suorum percipicione disponendorum disposicione iuste et sancte possederimus, rexerimus et gubernauimus, modo supradicto fuimusque et sumus, infrascriptis dumtaxat exceptis in huiusmodi corporali, reali et integra possessione, pacifice et quiete ac pro talibus et vt tales communiter habiti, tenti, nominati et reputati ab omnibus et singulis quorum interfuit seu quomodolibet poterit interesse. Nichilominus tamen quidam N[icholaus] gerens se pro clerico diocesis, tamquam fur et latro, non per ostium sed aliunde et viciose anhelans ouile ecclesiasticum subintrare, qui eciam in crimine falsificacionis apprehensus et ex aliis causis est indignus ad quodcumque beneficium ecclesiasticum optinendum, nuper die jouis xvj mensis Decembris anni presentis, hora primarum vel quasi, cum suis in hac parte complicibus prefatos dominos et me eorum nomine quo supra, huiusmodi nostra ecclesia et ipsius corporali, reali, integra, pacifica et quieta possessione, sine quibuscumque literis, processibus, citacione, monicione seu mandatis preuiis, sed potius temeritate propria et ausu sacrilego, manu armata et modo hostili valuas et portas curie et domus dotis ecclesie iamdicte per vim violenter et potenter, fraudulenter et furtiue subintrando ac non sine sacrilegi commissione effringendo et destruendo, necnon aliquas meas res illicite auferendo et iniuste detinendo nequiter spoliavit et eiecit, seque temere intrusit ac tamquam intrusus eam spoliatam sibi vsurpauit et occupauit ac detinet occupatam, fructus quoscumque ex ea percipiendo minus iuste. Idemque Nicholaus hiis et nonnullis aliis diuersis illicitis, iniustis et iniurijs modis et viis prefatos dominos et me de et super huiusmodi nostra ecclesia multipliciter molestauit et perturbauit, molestare et perturbare non desistit in ipsorum dominorum non modicum dampnum, preiudicium et grauamen, licet autem a premissis seu eorum aliquo cum sint ipso iure nulli non sit merito appellandum, tamen ad huiusmodi causam et negocium cum omnibus et singulis suis emergen-*

tibus, dependentibus, incidentibus et connexis ad romanam curiam et sedem apostolicam legitime deoluendum, ab omnibus et singulis premissis violenta subintracione, efraccione, destruccione, detencione, intrusione, spoliacione, vsurpacione, occupacione, percepcione, molestacione et perturbacione omnibusque aliis et singulis grauaminibus premissis et eorum quolibet et que ex eis seu eorum aliquo colligi possunt salua eorum nullitate contra prefatum N. ac omnes et singulos sua in hac parte interesse credentes, ad prefatam romanam curiam nomine procuratoris quo supra prouoco et appello in hiis scriptis, ac apostolos cum debita iuris instantia michi dari peto, siquis sit, qui michi eas dare velit, debeat siue possit, alias de hoc denuo prouoco et appello prout supra, subiciens dictos dominos meos et me eorum nomine quo supra, necnon omnes et singulos eis et mihi in hac parte adherentes seu adherere volentes, necnon nostrorum res, bona mobilia et immobilia, status et personas, proteccioni, defensioni et tuicioni sedis antedictae, de presentis appellacionis, quando, quibus et qualiter insinuanda fuerit, insinuacione, correccione, specificacione alterius et aliarum appellacionis seu appellacionum interposicione et aliis prout stili est et moris publice protestando. Lecta et interposita fuit et est presens appellacio anno Domini, indicacione, mense, die, hora, loco, pontificatu et aliis quibus supra, presentibus discretis viris domino Jacobo et ceteris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego N. huiusmodi appellacioni, interposicioni, leccioni, protestacioni, apostolorum petitioni, omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic ut premittitur, agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus etc.

Några ord saknas i afskriften.

319.

1403 d. 22 April.

Rom.

Notariats-intyg att Lucas Jacobi afrärdt ifrån det honom af påfven anförtrödda embetet såsom birgittiner-ordens konservator.

Afskr. i Cod. 6 (Benz. Cat.), fol. 65, v., i Upsala Univ. Bibl.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate Eiusdem m^ocd^oij^o indicione vndecima, die vero vicesima secunda¹⁾ mensis Aprilis, hora terciarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii diuina prouidencia pape noni anno quartodecimo, in venerabilium ac religiosorum viro- rum Erici Johannis confessoris generalis et Thoriri Andree fratrum professorum monasterii sanctarum Marie virginis et Birgitte in Watzsteno ordinis sancti Augustini sancti Saluatoris nuncupati Lincopensis dyocesis, nostrorum notariorum publicorum²⁾ et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presenciam personaliter constitutus religiosus vir frater Lucas Jacobi presbiter, professus monasterii et ordinis predictorum, asserens se alias per dictum dominum nostrum papam conseruatorem dictorum monasterii et ordinis esse constitutum

¹⁾ En annan afskrift, (nedan betecknad B) bland fragment af en papperscodex i K. Bibl. i Stockholm, har de i denna och följande noter anmärkta olikheter: xxvj.

²⁾ B: meique notarii publici.